

1103, noviembre

*Pedro I, rey de Aragón y de Navarra, dona a Montearagón y a la iglesia de Santiago de Funes un pontón.*

In Dei nomine, Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Petrus Sangiç Dei gratia rex conpunctus amore Domini Nostri Ihesu Christi, pro anima patris et matris mee, seu? omnium parentum meorum et pro remissione peccatorum meorum et pro salute filiorum meorum, dono et concedo spontanea uoluntate ad ecclesiam Ihesu Nazareno de Montearagon et ad ecclesiam Sancto Jacobo de Funes uno pontone per piscare quod andet et uadat per Arga et per Aragone et per Ebro unde se querit et quod in istas supra dictas aquas quod uos faciatis ibi uno cannare per piscare in locum ubi melius pote[ri]tis et quod sedeat hoc per unquam semper firmiter ad seruicium de illos omnes qui fuerint in istos supra nominatos monasterios.

*(Signo de Pedro I en caracteres árabes) (Otro signo inacabado).*

Facta carta ista era T<sup>a</sup>.C<sup>a</sup>.XL<sup>a</sup>.I<sup>a</sup>. In mense nouembris. Me Dei gratia regnante in Aragone et Pampilona et in Super Arui uel Ripa Curcia. Adefonsus frater meus in Biele. Stefanus episcopus in Osca. Petrus episcopus in Irunia. Poncius episcopus in Barbastro. Abbas Eximinus in supra nominatos monasterios. Comes Sancius in Erro et in Falzes. Senior Galin Sangiz in Funes et in Argedas. Senior Enneco Fortuniones in Sancta Maria de Uxua. Senior Fortun Lopez in Luar et in Boleia. Senior Forti Ortiz in Petraselez. Senior Eximino Garcez in Monteson. Illo abbate don Galindo \*ibi\* in Monteson. Senior Fortun Dat in Calasanz.

Ego Garcia sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc signum (*signo*) feci.

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 622, n.º 10 ter.*

*Publica Antonio Ubieto, Colección diplomática de Pedro I..., doc.133, pp. 397-398.*